



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nucleus Juris Canonici

Thenhaven, Bernhard

Coloniæ Agrippinæ, 1739

XX. De Crimine Falsi. D. 9. El. 1. EC. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63382](#)

XIX.
aturali
ate Ec
nt lici
ut si de
dæi à
ne usu
entiam
rur ab
incipi
amine
eos ad
mpel
t Pon
ndices
statuta
ræ; vel
ené ac
udica
xcom
pert
on esse
m pu
h. h.t
ristia
aiex
ere ob
majors
ndæis
lupa
re, ut
ipſu

DE CRIMINE FALSI, DE SORTILEGIIS, &c. 585
ipsis usuras ob mutuatam pecuniam sol-
vant, non obstante quavis consuetudine,
quæ potius est corruptela, cùm sit contra
Jus naturale & Divinum.

TITULUS XX. XXI. & XXII.

De Crimine Falsi ; de Sortilegiis ; & de Collusione detegenda.

I. CRIMEN FALSI est perversio veritatis cum dolo & alterius jactura seu damno; de quo vide *Nucl. Theol. Exam. 9. n. 4. & Exam. 15. n. 4. §. 9.* potestque committi vel *Dic̄to*, v. g. si testis in Judicio vel falsum dicat, vel veritatem occultet; aut *Scripto*, v. g. si quis scienter & dolo malo falsum instrumentum in sui vel alterius gratiam & alterius præjudicium conficiat; falsificet Literas Apost. quarum falsarii specialibus pœnis subjiciuntur; aut *Facto*, v. g. qui alicui alienum partum supponunt; pondera & mensuras rei corrumpunt, vel merces adulterant; limites agrorum dolosè mutant; falsarii monetæ &c. aut *Usu*, v. g. qui dolosè in alterius præjudicium fibi alienum nomen aut alienæ Familiæ insignia usurpant; adulterinam monetam colligunt & expendunt &c. Pro qualitate & quantitate criminis Falsi in Jure Canonicō & Civili diversæ pœnæ statuuntur.

Oo 5

II.